



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Amoris Dei signa sunt septem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

INSTITUTIO. 32

Deus diligentibus se. &c. Et in libro Iudicum legitur. Qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent. Vnde Augustinus dicit. Beati enim uerè, & perfectè beati, qui uerè, & perfectè amant te, nullus autem & nullo modo beatus, qui non amat te.

Amoris Dei signa sunt septem.

Primum est cū aliquis de Deo loquitur; Quod enim mens ualde amat, id etiam in sermone sepius replicat. Nequeunt amantes amorem silentio tergere, sed eorum affectio abundantiam uerborum transmittit. Secundum est, cum aliquis libenter dat pro Deo. Vnde in ultimo canticorum dicitur. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Ad hoc (cum probatio dilectionis sit exhibito operis) accedit id, quod dicitus Christi dicebat. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uidebit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit uiscera eius ab eo modo charitas Dei manet in

Cant. ultimo.

1. Io. 2. 3

CHRISTIANA

Bernar. eo? Tertium est, cum aliquis pro
deo libenter patitur. Vnde D. Ber-
nardus dicebat. Qui diligit me, ue-
niat in campum, non refugiat me
cum, & pro me inire certamen.

Quartum est, cum quis libenter
operator, diuinum imitans amo-
rem, qui secundum B. Gregorium,
& Bernardum, nusquam est ocio-
sus, sed magna operatur, si est, siue
rò operari renuit, amor non est. Et
qui uerè deum diligunt, tepercere
nequeunt. Quintum est, cum al-
quid in domo dei libenter est. Vn-
de de Anna dicitur, quod non di-
scedebat de templo. Christus etiam

Luc. 2. cum duodecim esset annorum, in-
uentus est in templo. Qui matri

Ibide m. sux & Ioseph dixit: Nesciebatis,
quia in his quæ patris mei sūt, opor-
tet me esse? &c. Ipse etiā ingressus
urbem primo templum adiit, dans
formam religionis, ut quocunque
imus, primum domum orationis si-
ibi est adeamus. Sextum est, cum

Luc. 2. quis libenter uerbum dei audit. Si-

cut in exemplum Maria Magdalena
aducci potest, quæ sedens fecus Pe-
des Domini audiebat uerbum il-
lius. Ideo dicebat Christus. Qui

Ioan. 14 audit mandata mea, & seruat ea, il-
le est qui diligit me. Septimum est,

INSTITV TIO. 33

cum quis frigescit à solitudine, &
amore Dei. Vnde Gregorius San- Greg.
stus dicebat. Tanto frigescit quis
à curis seculi, quanto surgit arden-
tius in amorem Dei.

*Amoris proximi incitamen-
ta sunt quinque.*

P rimum est , scriptura, sicut
nos docuit Christus dicens . Luc. 10
Diliges proximum tuum sicut
te ipsum. Et iterum . Mandatum no-
num do uobis , ut diligatis inuicem
sicut dilexi uos . Secundum est fra- Ioan. 12
ternitas naturalis , quæ est inter o-
mnes homines. Sicuti enim Patrem
unum cōunem in cœlo habemus ,
veluti Propheta Malachias hoc te- Mal. 2.
statur inquiens . Nunquid non pa-
ter unus omnium nostrum? ita una
est omnium nostrum naturalis fra-
ternitas . Vnde pater Augustinus Augus.
dicebat . Si putamus non esse proxi-
mos , nisi qui de eisdem parentibus
nascuntur , Adam , & Euam inten-
damus , & omnes fratres sumus . Et
propterea Deus uoluit creare pa-
rentem unū de quo multitudo pro-
pagaretur , ut in hac monitione
etiam in multis concors unitas ser-